

Therese
Duchess

San Francisco de S. Vicente.

Carmelitas
Descalzas

MANUALE
AD USUM
FRATRUM DISCALCEATORUM
BEATÆ MARIE VIRGINIS
DE MONTE CARMELO
CONGREGATIONIS LUSITANÆ.

TOMUS I.

SIVE

PARS PRIMA,

IN QU A

AGITUR DE PROCESSIONIBUS

Juxta Rituale, & Missale Romanum, ac antiquam Ordinis
consuetudinem.

*Do Collegio de S. Ioseph de
Coimbra - 1838 -
Comendatary Descalcos*



OLISIPONE

EX TYPOGRAPHIA REGIA.

M. DCC. LXXVIII.

Cum Facultate Regiæ Curie Censuriæ.



M A N U A L E

A D U S U M

FRATrum DISCALCEATORUM

BEATAE MARIAE VIRGINIS

DE MONTE CARMELLO

CONGREGATIONIS LUSITANAe

T O M U S I.

S I V E

P A R S P R I M A,

I N Q U A

AGITUR DE PROCESSIONIBUS

secundum Rituale & Missale Romanum, ac antiquum Ordinem
consuetudinem.

Handwritten signatures and text in brown ink, including names like 'Carmelitas' and 'Lusitanae'.



O L I S I P O N E

E X T Y P O G R A P H I A R E G I A.

M. DCC. LXXVIII.

Curae Facultatis Regiae Curiae Conpositae.





J. M. J.
PRIMA PARS
MANUALIS
SIVE
PROCESSIONARII.

CAPUT PRIMUM.

De Processionibus ordinariis.

Antiquum nostri Ordinis morem sequentes, in hoc nostro Manuali de Processionibus primo loco agendum duximus.

§. I.

Quando sit Processio facienda.

IN omnibus Conventibus hujus nostræ Sacræ Congregationis Lusitanæ fit Processio per Claustra, seu Ecclesiam in sequentibus diebus: In die Purificationis B. M. V. Dominica Palmarum: Feria quinta in Cœna Domini: Feria sexta in Parasceve: In Sabbato Sancto, & in Dominica Resurrectionis: In die S. Marci, & in tri-

bus diebus Rogationum ante Ascensionem : In die SS. Corporis Christi : In Commemoratione solemnī B. M. V. de Monte Carmelo : In diebus S. P. N. Eliæ : S. M. N. Terefiæ : S. P. N. Joannis a Cruce , & S. Bartholomæi Apostoli : In secundis Feriis per annum , & quodocumque occurrerit aliqua gravis necessitas ad arbitrium Prælati.

§. II.

De forma in Processionibus servanda.

I CUM Processio faciēda fuerit , peracto signo , conveniunt Fratres in Claustrum , vel ante Sacristiam cum Cappis , & candelis , si portandæ sint. Candelæ vero accensæ portantur in Processionibus Purificationis B. M. V. & SS. Sacramenti. In aliis Processionibus ad arbitrium Prælati ; sed maxime congruit eas portare , quando in illis defertur Lignum S. Crucis , & Spina Coronæ Domini , ac in diebus B. M. V. de Monte Carmelo , S. P. N. Eliæ , S. M. N. Terefiæ , & S. Joannis a Cruce. Sed notandum est , quod candelæ , & palmæ semper portandæ sint manu extima , scilicet , qui a dextris procedunt , manu dextra , & qui a sinistris , sinistra manu eas deferant. In omnibus Processionibus præcedit Thuriferarius cum Thuribulo fumigante , si in eis sit deferendum. Sequitur Cruciferarius portans Crucem cum Imagine Crucifixi inter Acolythos , accensos cereos portantes ; & post eos Cæremoniarius , qui omnes Rocchetis , seu Cottis utuntur. Statim Conventus per ordinem procedit , præcedentibus junioribus , ita ut inter binos & binos juxta numerum Fratrum , & Loci capacitatem sit conveniens distantia , quod maxime curet Cæremonia-

niarius, vel in ejus defectu Supprior Conventus; & ut omnia ordinate fiant. Postremo procedit solus Sacerdos Pluviali indutus, manibusque junctis ante pectus; vel inter Ministros cum Dalmaticis, sine Manipulis, ut suis locis notabitur.

2 Sic procedunt Religiosi ad Ecclesiam, demissis in terram oculis cum magna modestia, ac devotione, maxime si Processio fiat extra Claustra. Cruciferarius, & Acolyths, quando Processio facienda est per Claustra, semper se sistunt juxta gradus Altaris a latere dextro, vel sinistro, prout Processio incipienda est; qui nunquam genuflectunt ante Altare, etiamsi in illo SS. Eucharistiæ Sacramentum sit expositum, vel ante eum transeant. Fratres vero cum perveniunt ad Altare maius, faciunt bini & bini genuflexionem unico genu, si in ipso SS. Sacramentum reservatur, vel duplici, si sit expositum; aliàs solum profundam reverentiam; ac deinde in duos Choros dividuntur. Sacerdos autem, & Ministri (si adsint) se sistunt ante gradus Altaris, factis prius debitis reverentiis in infimo gradu, scilicet, Ministri semper genuflexionem; at Sacerdos profundam reverentiam agit, si in Altari non adsit SS. Sacramentum; at si adsit, itidem genuflectit. Deinde Sacerdos stans cum Ministris (si adsint) imponit, & benedicit incensum, Diacono cum debitis reverentiis cochleare ministrante, & Thuriferario Thuribulum, aliàs etiam cochleare a Thuriferario ministrabitur. Si in Processione deferatur aliqua Reliquia, seu Imago, post genuflexionem, vel inclinationem, Sacerdos ascendit ad Altare, & illud in medio osculatur, Ministris genuflectentibus, etiamsi ibi non sit SS. Sacramentum; deinde imponit incensum, ut supra, & stans il-

illam thurificat triplici ductu cum profunda reverentia ante, & post. Si etiam adsit Reliquia Ligni Crucis, eodem modo prius illam thurificabit, & postea alias. Sed notandum est, quod si Processio fiat die Dominica cum Pluviali coloris sequentis Missæ, tunc Aspergio Aquæ benedictæ prius facienda est; aliàs fiet post Processionem, quando Communitas jam est in Choro, nisi aliter notetur. Item si adsint Ministri, tunc Diaconus Crucem, seu Reliquiam, in Processione deferendam, tradere debet in manus Sacerdotis; ac eam in fine ab eo accipere, & in Altari collocare.

3 Deinde inchoatur Processio, in qua Cantores semper sistunt in medio versa facie ad Altare (Processione defunctorum excepta) ibique incipiunt Antiphonam, vel Hymnum, aut Responsorium. Si vero fiat per Claustra, semper fiunt quatuor Stationes, incipiendo ab Ecclesia (Processionibus Candelarum, & Palmarum exceptis, in quibus nulla Statio fiet.) Dum fit Processio nemini reverentiam faciant, nisi Altaribus in Claustro positis, per quæ transeunt. Quinta vero Statio in Capella maiori ante Altare semper facienda est. In qualibet Statione sistunt Fratres, facie ad faciem se habentes. Cruciferarius, & Acolythi (si ibi non sit Imago in Altari) versa facie ad Communitatem, ad quam etiam Imago Crucifixi respiciat, aliàs se sistunt a latere, per quod Processio continuanda est, versa facie ad aliam partem. Sacerdos autem cum Ministris Altare, seu ipsum Crucifixum aspiciet. Thuriferarius procedit ante Cruciferum cum Thuribulo fumigante; sed Crucem, aut Reliquiam non thurificat. In omnibus Stationibus cantus non debet cessare, antequam finiatur Statio; & si opus sit Antiphonam, vel par-

par-

partem Hymni repetere, ut Sacerdos dicere possit sine morula: *Oremus*, vel *Dominus vobiscum*. Transeuntes vero ante Altare, ubi in Missa Hostia consecrata est, aut expositum est SS. Sacramentum, genuflectunt unico genu; & si Sacra Hostia elevetur in Missa, genuflexi maneant usque ad depositionem Calicis, & illi tantum, qui vident elevationem, dum sistitur in aliqua Statione. Sed si post elevationem Hostiæ progrediendum sit ad aliam Stationem, tunc surgunt, & cum aliis progrediuntur, unico genu genuflectentes, dum transeunt. Quod si in progressu adhuc videatur Calicis elevatio, etiam qui eam vident, genuflexi maneant usque ad ejus depositionem, sistentibus aliis. Si autem detur Sacra Communio, dum sistitur in Statione, illi tantum maneant genuflexi, qui eam advertunt; sed finito R. Stationis surgunt, & cum aliis progrediuntur ad aliam, etiam unico genu genuflectentes. Et ut evitetur quælibet perturbatio in hac Sacra Actione, curandum est, ut nulla Campanula in Ecclesia pulsetur. Notandum vero est, quod ultra Cruciferum, & Acolythos, etiam Sacerdos deferens Crucem, aut Reliquiam nunquam genuflectit, sicut etiam ipsa Communitas, quando in Processione SS. Sacramentum deferitur, nisi ab incedentibus ante Sacramentum in occursum & transitu a latere ejusdem, si in transitu videatur, & tunc unico genu.

4 In regressu ad Ecclesiam fit, ut antea ad ingressum. Sacerdos cum Ministris se sistit ad infimum gradum, vel ante Altare, ut supra; imponit incensum, illud benedicit de more, & thurificat Reliquias, aut Imagines, seu Crucem ut in principio. Si Missa immediate sequatur, nihil aliud fit. Si vero non sequatur, tunc Sacerdos,

dos, Ministris Librum tenentibus, dicit *Dominus vobiscum*, & Orationem convenientem cum semiplena Terminatione. Deinde dicit *Dominus vobiscum*, *Benedicamus Domino*, & submissa voce *Ÿ. Fidelium anime*, &c. Si in Processione deportatum fuit Lignum Crucis, cum illo benedicenda est Communitas, simulque Populus in fine, vel post Missam, si ipsa sequatur. In aliis autem Processionibus Rogationum, &c. observentur ea, quæ suis locis dicentur.

Color Paramentorum in Processionibus Sanctorum erit de illorum Missa. Si fiat pro Gratiarum Actione, erit albus: Si pro Litaniis, vel causa Rogationum, violaceus: Si vero pro Defunctis, nigro colore utatur.

5 In fine omnium Processionum ad signum Prælati, seu Præsidis omnes eo ordine, quo ingressi sunt, egrediantur ex Ecclesia, dicentes alternatim Psalmum *De profundis* cum suis Precibus in Processione Defunctorum. In aliis vero Psalmum *Deus misereatur nostri* cum *Gloria Patri*, &c. Sed isti Psalmi ita dici debent cum pausa, ut duo ultimi Versiculi v. g. *Gloria Patri*, dicantur, quando tota Communitas est extra Ecclesiam in loco destinato ad sequentes Preces. Deinde Sacerdos dicit:

Ÿ. Salvos fac servos tuos.

Œ. Deus meus sperantes in te.

Ÿ. Dómine, exáudi orationem meam, &c.

Ÿ. Dóminus vobiscum, &c.

Orémus.

PRætende, Dómine, famulis, & famulábus tuis dexteram cœlestis auxílii, ut te toto corde perquirant, & quæ dignè póstulant, cónsequi mereántur. Per Christum Dóminum nostrum. *Œ. Amen.*

Sta-

Statimque si Missa, aut Hora Canonica dicenda sit, aut conscientie Examen habendum, Chorum ascendent omnes sine mora, aut divisione.

§. III.


De Aspersione in Die Dominica facienda.

I **S**ingulis Dominicis ante Missam Conventualem Celebrans ipse, vel primo mane Sacrista benedicit Aquam. Finita vero Tertia, Sacerdos celebraturus Missam (licet sit idem Prælatus) manibus junctis ante pectus, & indutus Pluviali coloris, Officio convenientis (& si desit, indutus Alba, & Stola tantum) accedit ad Altare post Acolythos cum cereis accensis, ubi omnes genuflectunt, Celebrans in infimo gradu, cæteri in plano. Deinde Acolythi deponunt candelabra in Credentia, & accedentes ad Celebrantem primus Acolythus ipsi ministrat Aspersorium cum debitis reverentiis. Tunc Celebrans adhuc genuflexus primo ter aspergit Altare, scilicet, in medio, a latere Evangelii, & a cornu Epistolæ. Deinde seipsum, interim dicens cum cantu Antiphonam *Asperges me*, & in tempore Paschali *Vidi aquam*, &c. ac erectus aspergit Acolythos adhuc genuflexos. Verum si SS. Sacramentum expositum sit in eodem Altari, tunc non aspergit Altare, sed tantum seipsum, & Acolythos. Postea aspergit Populum, Acolythis anteriores partes Pluvialis elevantibus, progrediens a latere Evangelii per circulum dicens submissa voce Antiphonam, & totum Psalmum *Miserere* cum *Gloria Patri*, &c. vel *Confitemini Domino* tempore Paschali, qui totus dici non debet, nisi sciatur. Deinde repetitur Antiphona, &c. sed no-


Fratribus cum Candelis accensis Sacram Pyxidem portabit sub Umbellam ad Altare Communionis. Cum ad illud pervenerit, aperit Sacram Pyxidem, & cum debitis reverentiis extrahit de illo Sacram Pyxidem, in qua immittit Particulas, quæ superfuerunt, & super eas Sacram Hostiam. Deinde, prima Pyxide purificata, & reclusa in Sacram Pyxide, pergit cum secunda Pyxide, & cum eisdem focis ad Sacram Pyxidem alicujus Altaris interioris. Eodem tempore cantatur à Choro sequens Antiphona *Postcommunio*.

*Commu-
nio.*


D



Ó-mi nus Je- sus, post quàm




cœ ná- vit cum Dis cí pu lis su- is, la- vit pe des



e ó- rum; & a- it il- lis: Sci- tis, quid




fé- ce rim vo- bis e go Dómi nus, & Ma- gí-



ster? Ex émplum de- di vo- bis, ut & vos

ita



i ta fa ci á- tis.

3 Interim accenduntur Intortitia, & supradicti duo Fratres recipiunt Stolas à Sacerdotibus, ut serventur, ac ipsi, vel alii duo ex Junioribus, Candelas accensas tradunt Communitati. Finita Missa, exeunt ex Sacristia alius Thuriferarius cum Thuribulo, & alius Subdiaconus Amictu, Albâ, & Dalmaticâ albi coloris indutus cum Cruce, quem duo Acolythy, facta prius genuflexione, excipiunt obviantes ei cum Cereis accensis ad ostium Claustrii. Tunc tendunt ad planum Presbyterii, ubi solus Thuriferarius genuflectit, & vadit ad Altare. Subdiaconus verò cum Acolythis tendit ad introitum Cancellorum, ubi se sistit versa facie ad Altare. Interim Celebrans cum Ministris, genuflexione facta unico genu, tendit ad Credentiam in cornu Epistolæ, ubi Ministri, depositis Manipulis, auferunt Celebranti Casulam, & Manipulum, ac illi imponunt Pluviale. Deinde per gradus laterales ipsius cornu Epistolæ (si Credentia adsit in Presbyterio superiori) descendunt ad planum, & per eum tendunt ante medium Altaris, ubi in eodem plano genuflectunt utroque genu cum profunda inclinatione. Postea surgunt, & ministrante Diacono cochleare sine osculis, Celebrans imponit incensum in Thuribulis sine Benedictione, ac in infimo gradu genuflexus cum Ministris, ipsius fimbrias Pluvialis elevantibus, ter thurificat SS. Sacramentum cum profunda reverentia ante, & post. Quo facto, Diaconus illi imponit Velum Humerale album, Subdiacono adjuvante. Postea surgunt, & Celebrans cum Subdiacono


af-

ascendit ad Suppedaneum, ubi in labio ipsius sistit genuflexus, vel in primo gradu, si aliter fieri non possit. Diaconus verò se collocat super suppedaneum, (ita ut terga non vertat Celebranti) ubi genuflectit, accipit Calicem, SS. Sacramentum continentem, eumque cum parvo Velo Vittâ albâ ligat supra nodum, ita ut Patena non moveatur. Deinde genuflectit, & surgens accipit reverenter Calicem manu dextera infra nodum, & sinistra pedem; & stans illum tradit Celebranti adhuc genuflexo, qui eum recipit sinistra manu per nodum, dexteram ponens super Patenam. Tum Diaconus manus Celebrantis cooperit Velo Humerali, & statim ante eum genuflectit adorans SS. Sacramentum, ac surgens se collocat ad ejus latus. Celebrans verò, accepto Calice, surgit, & ad Suppedaneum ascendit, ibique ad Populum se vertit. Interim Ministri mutant loca, ut Diaconus in Processione incedat à dextris, & Sudiaconus à sinistris Celebrantis hinc inde, & ambo sic assistentes fimbrias Pluvialis, & cum opus est, brachia ejus sublevantes.


4 Sed hic advertendum est, quod si Altare habeat duplicem ordinem graduum, Celebrans cum Ministris, finitâ Missâ, descendit per laterales gradus ad Credentiam in cornu Epistolæ Presbyterii superioris, & assumpto Pluviali tendit per eundem Presbyterium ante infimum gradum ipsius ordinis superioris, ubi omnia fiunt, ut suprâ. Item, si Altare non sit regulare, quia plures gradus habet, quàm tres, incluso suppedaneo; tunc assumpto Pluviali de Credentia posita in cornu Epistolæ Presbyterii superioris, tendit per eundem Presbyterium ante primum gradum, qui proximus est Suppedaneo, & in ipso genuflectit, ac reliqua fiunt, ut suprâ.

Dum


5 Dum hæc peraguntur, duo ex Junioribus de Choro deferunt ad medium Presbyterii inferioris Baldachinum albi coloris. Interim quatuor ex Dignioribus, seu antiquioribus de Choro (Præsidente excepto) accedunt ad hastas, hoc ordine: Qui primus est in Dignitate, seu antiquitate accedit ad primam hastam à parte Evangelii, quæ respicit ad Cancellos; secundus verò ad aliam, quæ est à cornu Epistolæ; tertius autem ad hastam ex cornu Evangelii, quæ est prope gradus Altaris; & quartus accedit ad aliam ex cornu Epistolæ, ut sic in Processione tendant juxta ordinem suæ Dignitatis, vel antiquitatis, Dignioribus Celebranti præcedentibus. Si adsint aliquæ Nobiles Personæ, eas poterit Præsidens invitare ad hastas ferendas, qui omnes, dum accedunt, genuflectunt unico genu, postea stant, & iterum genuflectunt cum Celebrans sub Baldachinum intrat. Mox Cantores sequentem Hymnum initiant, & tunc Celebrans cum Ministris fimbrias Pluvialis elevantibus, Baldachino se supponit absque ulla thurificatione, prius à Thuriferario factâ. Deinde omnes surgunt Hymnum prosequentes, & bini, ac bini unico genu ante SS. Sacramentum genuflectunt, dum procedunt; quod etiam observant, quando in progressu ante eum transeunt, Acolythis, & Cruciferario exceptis. In Processione præcedit Cruciferarius inter Acolythos tendentes per latus Evangelii: Tum Communitas: Deinde Thuriferarii blandè Thuribula moventes: & ultimò Celebrans sub Baldachinum cum Ministris recitans Hymnos, vel aliquos Psalmos.

Hym-
nus.**P**


An ge lín gua glo ri ó- si Cór-




po ris my sté ri um, San gui nísque pre ti ó- si,




Quem in Mun di pré ti um, Fructus ventris gene-



ró- si; Rex ef fú dit génti um. Nobis da tus, no bis




na- tus Ex in tácta Vírgi ne, Et in mundo



con ver sá- tus, Sparso verbi fé mi ne, Su i mo-



ras inco lá- tús Mi ro clau sit ór di ne. In sup rémæ



no cte cœ- næ, Re- cúmbens cum frátri bus, Obser-

vá-




vá ta Le ge ple nè Ci bis in Le gá li bus, Ci-



bum turbæ du o dé næ Se dat su is má ni bus.




Verbu n ca ro, panem ve- rum, Ver- bo carnem éff-




cit: Fitque Sanguis Chri sti me- rum: Et si sensus




dé fi cit; Ad fir mán dum cor sin cé- rum So la




Fi des súf fi cit. Tantum ergo Sacramén- tum Ve-




ne rémur cérnu i: Et antíquum do cumén- tum




No vo ce dat rí tu i: Præ stet Fi des supplemén-




tum sensu um de- fectu i. Ge ni to ri Ge ni-




tó- que, Laus & ju bi lá ti o, Sa lus, ho- nor,



vir tus quo-que, Sit & be ne dí cti o: Pro ce-



dénti ab u tró- que Com par sit lau- dá ti o.



A- men.

Si, antequàm dicatur V. Tantum ergo, &c. non sit Processio finita, iterum dicitur V. Pange lingua, &c. quia V. Tantum ergo, &c. non dicitur usque ad Depositionem Calicis in Capsula.

6 Cum perventum fuerit ad Monumentum, Cruciferarius cum Acolythis se sistit juxta gradus Altaris à latere, à quo egrediendum est. Fratres verò ita se sistunt, ut juniores sint circa Crucem, & Seniores prope Cancellos, qui omnes genuflectunt facie ad faciem SS. Sacramento transeunti; & postea genuflexi manent versùs Al-
ta-

ta-


tare, donec inde recedant. Cum autem Celebrans pervenerit ante infimum gradum Altaris, tunc Diaconus genuflexus in plano accipit Calicem à Celebrante, & surgens se vertit ad illum jam genuflexum cum Subdiacono in eodem plano, ut cum profunda reverentia eum adoret. Mox tendit ad Thronum comitatus à duobus, vel quatuor Religiosis, Cæreos accensos portantibus, & à Cæremoniaro, ac Thuriferariis, ubi in Capsula Calicem deponit (si commodè fieri potest, aliàs hoc fiet à Sacrista Cottâ, & Stolâ albâ indutus) sed non clauditur ostium Capsulæ. Subdiaconus verò post adorationem auferit Celebranti Velum Humerale, Cæremoniaro (si opus sit) adjuvante, & surgens cum Celebrante uterque se collocat genuflexum in infimo gradu. Interim duo ex junioribus Fratribus amovent Baldachinum ad pristinum locum. Cantores autem, deposito jam Calice in Capsula, incipiunt *Ÿ. Tantum ergo*, &c. Diaconus verò in regressu genuflectit unico genu in Suppedaneo sine inclinatione, & descendens se collocat genuflexum ad dextrum latus Celebrantis. Dum incipitur *Ÿ. Genitori*, &c. Surgit Celebrans cum Ministris imponit incensum in primo Thuribulo sine Benedictione, & in ipso infimo gradu genuflexus ter thurificat SS. Sacramentum cum profunda reverentia ante, & post. Quo factò, Sacrista (si Diaconus commodè non potest) claudet ostium Capsulæ, & clavem tradit Celebranti (si adhuc adsit) aliàs eam fervet. Deinde Celebrans post brevem Orationem surgit cum Ministris, & etiam Fratres, qui omnes, extinctis Candelis, factâque genuflexione utroque genu, revertuntur in Ante-Sacristiam sub silentio. Postea Celebrans, & Ministri deponunt in Sacristia alba Paramenta, Diaconus illi ministrat

trat

trat Stolum violaceam tantum, & similiter sumit Stolum ejusdem coloris. Interim Communitas ascendit in Chorum ad Vesperas recitandas.

7 Recitatis Vesperis, tam à Celebrante cum Ministris, quàm à Choro, procedit Celebrans ad Ecclesiam hoc ordine. Præcedit Thuriferarius sine Thuribulo, tum Acolythy absque Cereis, postea Cæremoniarius, deinde Subdiaconus, Diaconus, & ultimò Celebrans, omnes induti, ut supra, & sine Manipulis, manibus junctis ante pectus. Cum verò ante SS. Sacramentum pervenerint, omnes in linea recta utroque genu genuflectunt. Tum surgentes procedunt ad denudationem Altarium à cornu Evangelii, & primò à Laterali, ubi omnes iterum genuflectunt unico genu præter Celebrantem, qui tantum Cruci profundè se inclinat. Tunc Celebrans incipit sine cantu sequentem Antiphonam, quam cum Ministris prosequitur usque in finem. Deinde ascendit, & denudat Altare, simul recitans cum Ministris sequentem Psalmum, quod etiam observetur in denudatione aliorum Altarium, in qua ita distribuatur Psalmus, quod in ultimo Altari cornu Epistolæ finiatur cum repetitione ipsius Antiphonæ. Sed notandum est, quòd talis Antiphona initiata à Celebrante in primo Altari communiter ab aliis Ecclesiis cum suo Psalmo etiam à Choro cum devota pausa prosequitur. Si verò hoc Prælate magis placeat, tunc Celebrans, dum in Choro dicitur Oratio *Respice*, &c. pervenire debet ad primum Altare, ut sine mora post Orationem initiet prædictam Antiphonam, quâ post Psalmum repetitâ, eodem ordine regrediuntur in Sacristiam.

Celebrans surgit, & mutantibus Ministris loca sua, se-
fistit cum illis in Suppedaneo versùs Populum, ipsis fim-
brias Pluvialis, &, cum opus sit, brachia ejus sublevanti-
bus. Tunc à Choro adhuc genuflexo cantantur sequentes
Antiphonæ.

*Aña.***E**


X úr-ge, Dó-mi ne, in ré-qui em




tu am:tu, & Ar- ca sancti- fi ca ti- ó- nis




tu æ. Al le- lú ia. Al- le- lú- ia.

*Aña.***E**

X úr- ge gló- ri- a me- a: ex úr-



ge psal- té- ri um, & Cí- tha ra. Al le-



lú- ia.

Can-

*Canto-
res.*

E X úrgam di lú cu lo.

Chorus.

Al le- lú ia, al le- lú ia.

Aña.

R E gí na Cœ- li, læ tá-


re, al le- lú- ia: qui a quem me- ru-

í- fti por- tá- re, al le-

lú- ia: re fur ré- xit, si- cut di xit, al le-

lú ia. O- ra pro no- bis De- um, al le-

lú-




3 Finitis Antiphonis , & intonato à Cantoribus sequenti Hymno, surgunt omnes, & Celebrans cum Ministris descendit sub Baldachinum, ac inchoatur Processio. Præcedit Cruciferus cum Cruce inter Acolythos cum Cereis accensis. Tum Communitas per ordinem cum Candelis accensis in manu extimâ, & Manualibus in intima manu. Deinde Thuriferarii continuò, ac blandè Thuribula cum Incenso moventes. Postremò Celebrans inter Sacros Ministros fimbrias Pluvialis elevantes, & cum eo Hymnos, aut Psalmos recitantes.

S T A T I O P R I M A.

Hym-
nus.


A



De mor tis inférno spe cu

Patrum Sená tum lí-


be-




be rum E dú cit ad vi tæ ju bar. Cu jus se púlchrum




plú ri mo Cu stó de signábat la pis, Víctor tri-




úm phat, & su o Mortem se púlchro fú ne rat. Sat



fú ne ri, fat láchrymis, Sat est da tum do ló ri bus:




Surré xit extínctor ne cis, Clamat co rúscans An-



ge lus. Ut sis pe rénne ménti bus Pas chá le Je su




gáudi um, A morte di ra crí mi num Vi tæ re-




ná tos lí be ra.

Se-


Sequens V. non dicitur nisi postquam omnes genuflectunt.



De o Pa tri sit gló ri a, & Fí li o, qui à mórtu-




is Surre xit, ac Pa rácly to In sem pi téna




fæ cu la. A- men.


4 Cum ventum fuerit ad primam Stationem genuflectunt Fratres, si ibi sint Altaria, ubi SS. Sacramentum collocari possit. Tunc Diaconus genuflexus accipit à Celebrante adhuc stante Ostensorium, & surgens illud ponit in Altari. Interim Celebrans genuflectit cum Subdiacono, à quo, & à Cæremoniario exiit Velo Humerali. Tum Diaconus, deposito Ostensorio, genuflectit, & mox Celebrans cum Ministris surgit, & imponit Incensum in primo Thuribulo, ac genuflexus profunda inclinatione ter thurificat SS. Sacramentum. Interim Cantores genuflexi cantant sequentem V. quo dicto, Celebrans surgit, & stans (Ministris genuflexis, ac Librum tenentibus) dicit manibus junctis ante pectus sequentem Orationem.



Ÿ. In Re surre cti ó ne tu a Chri ste: Al-



le lú ia.



R. Cœ li, & terra læ téntur: Al le lú ia.

Orémus.

DEus, qui hodierna die per Unigenitum tuum æternitatis nobis aditum, devicta morte, reſerasti: Vota nostra, quæ præveniēdo aspīras, etiam adjuvādo proſequere. Per eūdem Christum Dōminum nostrum.
R. Amen.

5 Finita Oratione genuflectit Celebrans, & Diaconus ei imponit Velum Humerale, Subdiacono adjuvante. Postea surgit Diaconus, & genuflectens ante SS. Sacramentum, iterum surgit, & accipit Ostensorium, quod tradit Celebranti genuflexo. Mox surgunt omnes, Ministris mutantibus loca, & continuatur Processio; quod etiam in aliis Stationibus observari debet. Si autem per Claustra non sint Altaria consueta, tunc nulla Statio fiet; sed Fratres, omissis Responsoriiis, procedunt per Claustra usque ad Ecclesiam, prædictum Hymnum decantantes, (& si opus sit) etiam Hymnus *Ad Regias Agni dapes*, cantabitur. Dum perventum fuerit ad Altare maius,

Pars I.

R

om-

omnia fiant, ut dicitur infra in quinta Statione. Cantores cantant *Ÿ. Crucifixus surrexit, &c.* & Celebrans Orationes ibi positas.

STATIO SECUNDA.

S Ur ré- xit Pa stor bo- nus, qui á-

ni mam su- am pó- su- it pro ó vi-


bus su- is. * Et pro gre- ge

su o mo ri digná- tus est. Al le- lú- ia,

Al- le- lú- ia. *Ÿ.* Sur- ré xit Dó- mi-

nus de fe- púl- chro, qui pro no bis pe pén- dit

in




in li-igno. * Et pro.

Y. Surrexit Dominus verè: Allelúia.

R. Et apparuit Simóni: Allelúia.

Oratio, ut in prima Statione.


STATIO TERTIA.




R. **C** Hri- stus re fúr- gens ex mór-



tu is jam non mó- ri tur; mors il- li



ul- trà non domi ná- bi tur: quod e- nim



mór- tu us est pec cá- to, mór tu us est




fe- mel; quòd autem vi- vit, vi-


R ii vit




vit De- o. * Alle- lú- ia. Al-




le- lú ia. Al- le- lú- ia. Ÿ. Mór tu- us



est se- mel propter de- lí- cta no-



stra, & re surrexit propter ju- sti fi ca ti- ó-



nem- no- stram. * Allelúia.

Ÿ. Surrexit Dóminus de sepúlchro: Allelúia.

R. Qui pro nobis pepéndit in ligno: Allelúia.


Oratio, ut supra.

STATIO QUARTA.




R. **E**X pur gá- te ve- tus fer mén- tum, ut

fi-




rum plan-tá vit ví- ne am, * Et.


STATIO TERTIA.



HÆc est vir go fá- pi- ens, quam




Dó- mi nus vi gi- lán- tem in-



vé- nit, quæ, ac cé- ptis lam- pá- di bus,



sum psit se- cum ó- le um. * Et ve-




ni- én te Dó- mi no, intro í- vit cum




e- o ad nú- pti- as.



Ÿ. Mé- di- na no cte clá- mor fa- ctus




est: Ec- ce Sponsus ve- nit, ex í te ób- vi-




am e- i. * Et veni- én te.

STATIO QUARTA.




R. **G** Ra- ta fa- cta est Te ré- sí- ca



à Dó- mi no in o ra ti- ó- ne, qui- a




a pud De- um, & hó- mi nes glo-




ri sí- cá- ta est: In cons pé- ctu pó-


pu-



pu li lo que bá- tur fa- pi én- ti am. * Et




Dó- dō mi nus óm ni um di- lé- xit




e- am. ŷ. Ad- ju- vá- bit e-



am De- us vul- tu fu- o: De- us in mé-



di o e- jus non com mo vé- bi-



tur. * Et.

STATIO QUINTA.

*Hym-
nus.*

R



Egis su- pér ni Núnti a Do mum


pa-




pa tér nam dé se ris, Ter ris Te- ré fa bárba ris




Chri stum da tú ra, aut sán gui nem.




Sed te ma- net fu- á vi or, Mors, pœ na pos cit




dúl ci or: Di ví ni a mó ris cú spi de In vulnus




i eta cón ci des.



O' cha ri- tá tis ví cti ma! Tu corda nostra cón-



crema: Ti bí que gentes cré di tas, A vér ni ab i-




gne lí be ra.


Sit



Sit laus Pa- tri cum Fí li o, Et Spí ri tu Pa-



rá cli to, Ti bí que gentes cré di tas, Nunc, & per



omne sæ cu lum. A- men.

Si non sequatur Missa, dicitur:

Cantores. Ÿ. Ora pro nobis, Sancta Mater nostra Terésia.

Chorus. R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Ÿ. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

EXáudi nos Deus salutáris noster: ut sicut de Beátæ Terésiaë Vírginis tuæ, & Matris nostræ Festivitate gaudémus: ita Cœléstis ejus doctrínæ pábulo nutriámur, & piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Christum Dóminum nostrum, &c.

Ÿ. Dóminus vobíscum, &c. *ut in præcedenti Proce-*
sione.

§. IV.

Processio in Die S. P. N. Joannis à Cruce.


STATIO PRIMA.

Rx. **C** Hri- stus Dó- mi nus di- xit Jo- án-
ni: Jo- án- nes, quid vis pro la bó- ri-
bus? Jo- ánnes autem re- spón- dit: Dó- mi ne,
pa- ti, & con- ténni pro te. * Mi-
hi ab- sit glo- ri á- ri, ni si in Cru- ce
Dó- mi ni no stri Je- su Chri- sti, per quem


Pars I.

Bb

mi-




mi- hi mun- dus cru ci- fi- xus est, & e-



go mun- do. Ÿ. Non ju di cá- vi me sci-




re á li quid in- ter vos, ni si Je- sum Chri- stum,



& hunc cru- ci- fi- xum. * Mi- hi.


S T A T I O S E C U N D A.



V Er- bum Cru- cis per e ún- ti-



bus qui- dem stul- tí- ti a est, no- bis au- tem




De- i vir- tus. * Ca- stí- go


mi-

82


cor-



cor pus me- um, & in servi tú- tem re-




di- go, ut vi- ta Je- su ma ni fes-




té- tur in car- ne no- stra mor- tá-




li. ꝑ. Mi- hi vi- ve re Chri- stus est, &




mo- ri lu- crum: semper mor- ti fi ca ti ó-



nem Je- su in córpo re no- stro circumfe-




rén- tes. * Cas- tí- go,



Bb ù

STA-

STATIO TERTIA.


 O Pé ru - i in je jú ni o á - ni mam

 me - am, & pó - su i ve sti méntum me -


 um ci lí - ci um. * Non sunt con dí -

 gnæ pas si ó - nes hu - jus témpo ris ad

 fu - tú ram gló - ri am, quæ re - ve - lá - bi -


 tur in no - bis. Ÿ. Mor ti fi cá - tus

 qui - dem car - ne, vi vi fi cá - tus au tem spí -



vit me. * Quem.


Dum prædictum Responsorium cantatur, Sacerdos cum Diacono à sinistris, & Subdiacono Velum deferente, ad Cratrem ferream accedit, & finito Responsorio, versa facie ad Conventum, incipit Antiphonam: *Veni Sponsa Christi*, quam Conventus prosequitur:




Antiphona.
Celebrans.

V


E- ni Spon- sa Chris- ti.




Chorus. Ac- ci pe co ró- nam, quam ti bi Dó- mi-



nus præ pa- rá- vit in æ tér- num. *Pf.* Ex-



áu- di- at te Dómi nus in di e tri bu la ti ó nis: *



pró te gat te Nomen De- i Ja cob.

Mittat tibi auxílium de san- tuo: * & holocáustum tuum
cto: * & de Sion tueatúr te. pingue fiat.

Memor sit omnis sacrificii Tríbuat tibi secúndum cor
tuum

tuum : * & omne consí- lium tuum confirmet.	mine Dómini Dei nostri invocávimus.
Lætábimur in salutári tuo : * & in Nómine Dei nostri magnificábimur.	Ipsi obligáti sunt , & ceci- derunt : * nos autem sur- rémus , & erécti sumus.
Impleat Dóminus omnes pe- titiónes tuas : * nunc co- gnóvi , quóniam salvum fecit Dóminus Christum suum.	Dómine , salvum fac Re- gem : * & exáudi nos in die, qua invocáverimus te.
Exáudiet illum de Cœlo san- cto suo : * in potentátibus salus dexteræ ejus.	Glória Patri , & Fílio , * & Spirítui Sancto.
Hi in cúrribus , & hi in equis : * nos autem in Nó-	Sicut erat in princípio , & nunc , & semper , * & in sæcula sæculórum. Amen.
	<i>Et repetitur Antiphona: Ve- ni Sponsa , &c.</i>

Deinde Celebrans dicit :

Dóminus sit tibi adjutor , & protéctor , atque ómnium
peccatórum tuórum indúltor. *R.* Amen.

*Finita hac Oratione , Monialis in medium Chori proce-
dit cantans :*

S Usci- pe - - - me, Dómi-
ne, se cún- dùm e ló- qui um tu- um , &
vi- - - vam , & non con fún- - - das
Qq ii me



me ab ex- pe- cta- ti- ó- ne me-



- - - - -




- - - - - a.

Qua finitâ , accedit ad Fenestellam , per quam Sanctif-
simum Sacramentum Sororibus ministratur , Celebransque
imponit illius capiti Velum , ita ut faciem cooperiat , di-
cens :

Accipe Velum sacrum pudóris , & reveréntiæ Si-
gnum , quod pérferas ante Tribúnal Dómini nos-
tri Jesu Christi , ut hábeas vitam ætérnam , & vivas in
sæcula sæculórum. Amen.

*Mox Monialis , accepto Velo , regreditur ad medium
Chori , cantans ibi :*



Pó su it signum in fá ci em me- am.



Con-
ven-
tus. Ut nullum, præter e um, ama tó rem ad mít- tam.

Pos-

Posteà idem Celebrans benedicit Monialem, dicens:

Bene ✠ dicat te Deus Pater, qui in principio cuncta creavit. *R.* Amen.

Bene ✠ dicat te Deus Fílius, qui de supérnis sédibus pro nobis Salvátor Deus descendit, & Crucem subíre non recusávit. *R.* Amen.

Bene ✠ dicat te Deus Spíritus Sanctus, qui in similitudine colúmbæ in Jordáne super Christum requiévít. *R.* Amen.

ET ipse te in Trinitáte perfécta sanctí ✠ ficet, & custodiat ómnibus diébus vitæ tuæ, quem ventúrum ad Judícium expectámus. Qui cum Patre, & Spíritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculórum. *R.* Amen.

Statim incipit Hymnum: *Te Deum laudamus*, &c. ut habetur, pag. 201. quem Chorus (noviter velatâ Moniali in medio Chori prostratâ) usque in finem profequitur. Deinde dicitur: *Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster*, &c.

Y. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos à malo.

Y. Manda Deus virtúti tuæ.

R. Confirma hoc Deus, quod operátus es in ea.

Y. Salvam fac Ancíllam tuam, Dómine.

R. Deus meus sperántem in te.

Y. Esto ei, Dómine, turris fortitudinis.

R. A fácie inimíci.

Y. Nihil proficiat inimícus in ea.

R. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.

Y. Ora pro ea, Sancta Dei Génitrix.

R.

R. Ut digna efficiatur promissionibus Christi.

Y. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

DEus, qui corda Fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti; da ei in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere.

Protege, Domine, Famulam tuam subsidiis pacis; & Beatae Mariae semper Virginis patrocinis confidentem, a cunctis hostibus redde securam.

DEus misericors, Deus clemens, cui cuncta bona placent; sine quo nihil boni inchoatur, nihilque boni perficitur; adsint nostris humillimis precibus tuae pietatis aures; & hanc Famulam tuam, cui in tuo Sancto Nomine Velamen nostrae Sacrae Religionis imponimus, a Mundi impedimento, vel saeculari desiderio defende; & concede ei, ut in hoc sancto proposito devota persistere, & remissione peccatorum percepta, ad Electorum tuorum valeat pervenire consortium. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, &c.

R. Amen.

Et cantetur statim Antiphona: *Ecce quam bonum, &c.* ut habetur pag. 283. & interim ducatur Professa ad Altare, & fiunt omnia ut in pag. 299. in fine. Expletis Orationibus, aspergatur Aquâ benedictâ. Quo finito, Sacerdos cum Ministris ad Sacristiam; Moniales verò ad Conventum regrediuntur.

IN-

I N D E X E O R U M,
QUÆ IN HAC PRIMA PARTE MANUALIS
CONTINENTUR.

C APUT I. <i>De Processionibus ordinariis.</i>	Pag. 1.
§. I. <i>Quando sit Processio facienda.</i>	ibid.
§. II. <i>De forma in Processionibus servanda.</i>	2.
§. III. <i>De Aspersione in die Dominica facienda.</i>	7.
§. IV. <i>Processio in Fes̄to Purificationis.</i>	13.
§. V. <i>Feria Quarta Cinerum.</i>	26.
§. VI. <i>Dominica in Palmis.</i>	33.
§. VII. <i>Feria V. in Cœna Domini.</i>	56.
§. VIII. <i>De Mandato Feriæ V. in Cœna Domini.</i>	71.
§. IX. <i>Feria VI. in Parasceve.</i>	84.
§. X. <i>De Sabbato Sancto.</i>	112.
§. XI. <i>Dominica Resurrectionis.</i>	119.
§. XII. <i>Litaniæ Maiores, & Minores.</i>	136.
§. XIII. <i>De Octava, & Solemni Processione SS. Corporis Christi.</i>	150.
§. XIV. <i>Processio in Solemnitate Laudum-Perennium.</i>	161.
C APUT II. <i>De aliis Processionibus ordinariis in hac Congregatione faciendis.</i>	166.
§. I. <i>Processio in die Commemorationis Solemnis B. M. V. de Monte Carmelo.</i>	ibid.
§. II. <i>In die S. P. N. Eliæ Prophetæ.</i>	175.
§. III. <i>In die S. M. N. Teresiæ.</i>	183.
§. IV. <i>In die S. P. N. Joannis à Cruce.</i>	191.
§. V. <i>In Translatione Sacrarum Reliquiarum Insignium.</i>	200.
§. VI. <i>In die S. Bartholomæi Apostoli.</i>	201.
§. VII. <i>De Renovatione Votorum.</i>	212.
§. VIII. <i>Deo, ac B. M. V. Deprecatio ob N. Capituli Generalis prosperum adipiscendum eventum.</i>	214.
§. IX. <i>Modus præstandi Obsequium Obedientiæ Generali in Domo Capitulari.</i>	219.
§. X. <i>Modus Gratias agendi Deo in aliis Conventibus Congregationis pro Electione R. P. N. Generalis.</i>	221.



I N D E X.

CAPUT III. De Receptionibus Prælatorum, & aliarum In-	
signium Personarum.	222.
§. I. Ordo recipiendi Processionaliter quoscumque Insignes Prælatos.	ibid.
§. II. De Receptione R. P. N. Prioris Generalis.	229.
§. III. De Receptione Regis.	232.
§. IV. De Receptione Reginae.	235.
§. V. De Receptione Principis Hæredis.	237.
§. VI. De Receptione Principissæ.	239.
§. VII. De Receptione plurium Personarum.	ibid.
CAPUT IV. De Processionibus extraordinariis.	240.
§. I. Pro Pluvia petenda.	241.
§. II. Pro Serenitate postulanda.	243.
§. III. Pro Tempestate repellenda.	245.
§. IV. Pro Tempore Penuriæ, ac Famis.	247.
§. V. Pro Tempore Pestis, & aliarum Ægri tudinum.	249.
§. VI. Pro Tempore Belli.	251.
§. VII. Pro quacumque Tribulatione.	255.
§. VIII. Deprecationes diversæ pro Necessitatibus occurrentibus.	257.
§. IX. Preces dicendæ pro Electione Summi Pontificis, vel Episcopi.	262.
§. X. Pro Tempore Jubilæi.	265.
§. XI. Pro salute Regis, vel Reginae, aut Principis.	269.
§. XII. Pro felici Partu Reginae, vel Principissæ.	271.
§. XIII. Gratiarum actio pro quocumque Beneficio agenda.	274.
CAPUT V. De aliis Sacris Actionibus, quæ fiunt in N. Congregatione.	276.
§. I. De Indutione Novitiorum.	ibid.
§. II. De Professione Novitiorum.	284.
§. III. De Ingressu, & Indutione Monialium.	289.
§. IV. De Professione Monialium.	295.
§. V. De Velo Monialium.	300.

F I N I S.



